



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 107. Coronatio Pontificis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sacel. XVI** pe novus Pontifex, quamprimum a ri-  
**A.C. 1523** tibus ante & post ejusmodi electionem  
 adhiberi solitis liberum uanciscebatur  
 temporis spacium, mox magnum Ma-  
 gistrum ad plenum Purpuratorum con-  
 fessum vocavit, ubi Ordinis Pro-Cancel-  
 larius ærumnas in obsidione perpessas,  
 ipsamque Insulæ expugnationem, alia-  
 que tam ab obfessis quam a Turcis ge-  
 sta tam flebili sermone prosequebatur,  
 ut unaomnes commiserationis sensu ta-  
 eti, lacrimis temperare haud possent,  
 atque ipsem et summus Pontifex pari-  
 cum ceteris dolore obrutus policeretur,  
 se pro viribus suis potens Ordini auxi-  
 lium certo præstirum.

### §. CVII.

#### *Coronatio Pontificis.*

Neo-electus Pontifex, priusquam in-  
 auguraretur, literas dedit ad Gal-  
 liarum Regem, quibus illum de sui ele-  
 ctione certiore reddidit, fidemque fe-  
 cit, se pro munere Pastoralis sollicitu-  
 dinis nil non acturum, ut pax & tran-  
 quilitas inter Reges ac Principes Chri-  
 stianos restitueretur, ac fides Christia-  
 na adversus Turcarum Tyrannidem de-  
 fenderetur. Præterea spondebat, se om-  
 ni invigilaturum occasio, ut affectum,  
 quo Nationem Gallicam prosequeretur,  
 lucu-

luculentis comprobaret argumentis, se- **Sæcul. XVI.**  
que semper illius jura, quamdiu Dei le- **A.C. 1523.**  
gibus consona forent, toto studio pro-  
curaturum.

Die vigesima sexta Novembris Cle- *Ciacon. pag.*  
mens a Marco Cornaro S. R. Ecclesiae *445. & Ol-*  
Archi-Diacono coronabatur. Sub pri- *domini in ad-*  
mis Pontificatus sui auspiciis Ecclesia- *dit Ciacon.*  
stica ditio ingenti tranquillitate frueba- *p. 458.*  
tur; quippe Ferrariæ Dux, qui sede va-  
cante Reggium recuperaverat, simul  
que Mutinam rursum sibi subjicere nite-  
batur, comperta electione Cardinalis  
Julii Medicæi, quem plurimi habebat.  
Ferrariam rediit, armaque posuit. Præ-  
terea in toto Ecclesiastici Status ambitu  
nullus vel minimas ciere turbas audie-  
batur. Verum non eadem felicitatis  
constantia posterioribus arrisit temporis-  
bus, vixque ullus summorum Pontifi-  
cum recenseri valet, qui gravioribus un-  
dique tumultibus agitatus fuit.

### §. CVIII.

#### *Inventio corporis S. Thomæ Apostoli.*

Sub Prædecessoris sui Pontificatu hoc  
anno Domini millesimo quingentesi-  
mo vigesimo tertio Lusitani (ut fertur)  
Meliaporæ, maritima urbe Orientem ver-  
sus in Indiis sita, corpus S. Thomæ A-  
postoli repererunt: Cum enim iidem jam  
*Hist. Eccles. Tom. XXXIV. Aa antea*